

etiam ad posteriora reservata post obtentam facultatem commissa. Sic Lugo, Tamburin. Stoz. Dicastill. Gobat, Sporer citati & sequuti à La Croix loc. cit. numer. 1692. ubi cum Sporer loc. cit. num. 765. subjungit, quod id verum est, etiamsi poenitens ex confidentia illius gratie sepius peccasset. Et universaliter docent Sanchez, Reginald. Lugo, Bonacina, Beja, Dicastill. Aversa, Navarr. Suarez, Henriquez, Filliuc. Bossius, Viva, cum ipso loc. cit. num. 1451. & 1692. Si quis ideo committat reservatum, quia jam est Jubilaeum, quia hoc peccatum specialiter non reservatur, in similibus tamen casibus, praesertim extra Jubilaeum attente consideranda sunt verba petitionis, & concessionis judicandum est juxta praesumptam mentem, & verba concedentis, & non aliter.

44 Pueri usum rationis habentes ante annos pubertatis, nempe ante annum 14. incurrunt casus reservatos. Card. de Lug. de Sacrament. Poenitent. disp. 20. num. 10. cum Homobono, Lazario, & Fiorono ibi citatis. Tamburin. tom. 2. pag. 40. de casibus reservatis, num. 5. Felix Poestas, tom. 1. part. 4. num. 3306. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1591. Aversa, & alii apud ipsum contra Paludanum, Graffium, & alios. Et ratio est, quia reservatio est medicina, qua aequè indigent impuberes, ac puberes, ipsique est valde utilis, ut à gravius peccatis detererentur. Nullas autem diffligi pueri impuberes incurrunt reservatas censuras, ut tenent, ultra citatos Doctores, Fagundes, Sa, & alii allegati, & sequuti à Felice tom. 1. pag. 5. num. 4391. contra Azorium, Vasquez, & alios volentes, ipsos impuberes incurrere censuras latas à jure, licet non incurrant latas ab homine. Et ratio nostra est, quia ex cap. Pueris 1. & cap. Referente 2. de delictis puerorum, pueri infra annum 14. simpliciter eximuntur à poenis. Unde ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; cap. Quia circa 22. de privileg. leg. Non distinguemus 32. ff. de receptis arbitris, leg. Preses 3. ff. de Officio Praesidis, leg. De pretio 8. ff. de publiciana in rem action. (Vide lit. C. pag. 31. num. 8.) Tum quia in poenis benignior est interpretatio faciendae; cap. poenis 49. de Regul. juris in 6. cap. Statutum 22. de election. in 6. leg. Factum 155. ff. de Regul. juris, leg. Cum quidam 19. ff. de liberis, & posthumis. (Vide supra num. 40.)

45 Societates quaedam ex vi suorum privilegiorum non possunt ullo modo in quibusdam anni solemnitatibus eligere sibi Confessarium, à quo à casibus Episcopo reservatis, sine Episcopi licentia absolvantur, ut praeter decisiones Sacrae Congregationis ferunt literae Benedicti XIV. incip. Pias Christianifidelium: relate in Tract. de Synodo dioces. lib. 5. §. 9. nov. edit.

46 Denique accedentes in fraudem ad aliam dioecesim, ut absolvantur à reservatis suae Dioecesis, absolvi non possunt, ex Bulla Clementis X. incipiens. Superna. Ibidem.

47 Canonicus Poenitentarius vi sui muneris nullam habet facultatem absolvendi peccata Episcopo reservata, ut à Sacra Congregatione Concilii decisum refertur. Ibid. §. 8.

48 Ad solum Romanum Pontificem, Episcopos, & Praelatos inferiores habentes jurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio separato pertinet reservatio casuum ex doctrina Conc. Trid. & decisionibus Sacrae Congregationis. Ibid. §. 11.

49 Quamquam reservatio fieri potest extra synodum, multa tamen suadent, ut potius in synodo fiat; ideo praesertim, quia non desunt Theologi cum P. Roncaglia tenentes, leges ab Episcopo latas extra synodum esse cessante cessare, cum ea tantummodo, quae in synodo fiunt ab Episcopo, legis plenam auctoritatem obtineant. Ibid. §. 3.

50 Actus mere internos, nec Summus Pontifex, nec Episcopi reservandos sibi unquam censuerunt. Ibidem cap. 5. §. 5.

51 Regulares non solum reservare prohibentur alia crimina, quam quae in decreto Clementis VIII. definiuntur; sed nec possunt alia ab iis diversa crimina

illigare censura reservata, ut & firmat Benedict. XIV. ex decret. quodam Sacrae Congregat. Episcop. & Regul. Ibid. §. 5.

Alia vide verb. Approbatio, verb. Confessarius, verb. Jubilaeum, verb. Moniales, art. 3. à n. 9. & 23. & art. 5. num. 81. verb. Novitius, verb. Praelatus Regularis, verb. Regulares.

In hoc articulo Auctor multa ex laxioribus Casuistis excerptis, quae ad christianae ethices normam nullo modo sustineri posse, Censores animadvertunt, quare quae à num. praesertim 31. usque ad 43. adducuntur, ea non sunt passim admittenda, sed si consulendi Auctores, qui rem exactius tractarunt, ut Antoine, Franzoza, &c. Vide quae diximus in Additione ad verb. Confessarius, art. 1. §.

Asi tradita ibi à me sunt suffulta & ratione, & auctoritate classicorum Auctorum; immo aliquorum, quia sua opera typis tradiderunt Romae, ut inter alios Mattheucius noster in Cautela Confessarii, editionis Romanae cum solitis sine ulla censura revisionibus, & approbationibus ut ibi videre est locis à me citatis, & iste certe non est laxior Casuista. Et Antoine, ad quem Theologus lectores amandat in tractat. de Poenit. art. 2. de casibus reservatis, quest. 5. An Sacerdos approbatus carens potestate absolvendi à reservatis, possit aliquando directe absolvere à non reservatis, & indirecte à reservatis? R. circa hoc duplex est sententia. Prima, quae est communis, docet, id posse in duobus casibus. Primo, si poenitens inculpate oblitus est aliquod reservatum, vel si bona fide illud confiteatur Sacerdoti non advertenti esse reservatum..... Unde merito censetur Ecclesiam tunc dare potestatem absolvendi directe à non reservatis & indirecte à reservatis cum onere postea reservata confitendi Sacerdoti habenti potestatem in illa. Quam sententiam Sanctus Carolus tenendam proponit in sua dioecesi in qua prouide dat hanc potestatem: volunt autem, Episcopos censeri eandem potestatem concedere hoc ipso, quod non contradicunt sententiae communi id asserenti, quam ignorare nequeunt. Secundo, si Sacerdos, habens reservata, nequeat omittere celebrationem Sacri sine gravi scandalo, nec adsit Confessarius habens potestatem in reservata; quia cum quilibet sibi peccati mortalis conscius teneatur Confessionem Communioni credibile non est Ecclesiam sic instituisse reservationem, ut tunc à peccatis absolvi nequeat, directe quidem à non reservatis, & indirecte à reservatis, mallegue eum cum incerta contritione non confessum celebrare, quam Confessionem Communioni praemittere..... Secunda sententia negat, in ullo casu extra mortis periculum posse; quia peccata non reservata remitti nequeunt sine reservato, nam unum mortale sine alio remitti non potest, &c. & pergit probare argumentis, quibus utuntur Patroni secunda sententiae. Unde cum Clarissimus P. Antoine asserat expresse, quod prima sententia, quae est illa mea, communis est, & eandem tenendam in sua dioecesi mandat Sanctus Carolus; Hinc habes erudite lector quid in his sit sentiendum. §.

RESIDENTIA, RESIDERE.

SUMMARIUM.

- 1 RESIDERE in ecclesia, vel praebenda quid sit, & importet.
2 Ad residendum non sufficit commorari personaliter, & existere in loco beneficii, sed insuper requiritur, quod Beneficiarius personaliter deseruiet ecclesiae in divinis officiis.
3 Beneficiarius debet per se ipsum personaliter praestare ecclesiasticum ministerium, nec potest per alium.
4 Residentia est duplex, una vera, & altera ficta; & quae sit utraque.

Spec-

5 Spectato Jure communi omnia beneficia requirunt residentiam.

6 Ex generali tamen consuetudine beneficia simplicia eam non requirunt, nisi fundator oppositum statuerit, aut statutum, vel legitima consuetudo alicujus particularis Ecclesiae eam requirant.

7 Episcopi, & Parochi tenentur ad residentiam personalem non solum de Jure canonico, sed etiam de Jure divino. Et Episcopi nunc attendere debent novissimam Constit. Benedicti XIV.

8 Beneficia non Curata obtinentes tenentur ad residentiam de solo Jure canonico, atque ex primava fundatorum dispositione per sacros canones approbata.

9 Quoad ea, quae concernunt Canonicorum residentiam, & quibus poenis subjacent non residendo, remissive.

10 Quoad ea, quae concernunt Episcoporum residentiam, & quibus poenis subjacent non residendo, remissive.

11 Quoad ea, quae concernunt Parochorum residentiam, & quibus poenis subjacent non residendo, remissive.

12 Quid circa residentiam Clericorum simplex duntaxat beneficium habentium?

13 Episcopi residere debent in suis dioecibus, à quibus non licet ipsis quotannis abesse tribus mensibus sine justa causa.

14 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 23.

24 Add. subsequeuntur, ad n. 28.

RESIDERE in ecclesia, vel praebenda nihil aliud est, & importat, quam commorari in loco beneficii, & ecclesiae in divinis officiis personaliter deseruire; Sic in re Communis per text. in cap. Quia nonnulli 3. de Clericis non residentibus, ibi: Cum igitur ecclesia, vel ecclesiasticorum ministerium commisit debuerit, talis ad hoc persona queratur, quae residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere; cap. Relatum 4. eod. tit. ibi: Cum in Lateranensi Concilio statutum sit, ut persona tali ecclesiae, vel beneficium ecclesiasticum conferatur, quae residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere; cap. Conquerente 6. in eodem tit., ibi: Vel quod eadem ecclesia non deseruiat.

Ex quibus textibus clare patet, quod non sufficit commorari personaliter, & existere in loco beneficii, sed insuper requiritur, quod Beneficiarius personaliter deseruiet ecclesiae in divinis officiis. Unde Canonicus quavis personaliter sit praesens in loco ecclesiae cathedralis, vel collegiatae, si nunquam accedat ad chorum, & capitulum, non censetur residere, text expresso in cap. Consuetudinem univ. de Clericis non resid. in 6. ibi: Illi quicumque in civitatibus, seu aliis locis, in quibus ipsa consistunt ecclesiae, sint praesentes, & ibi Glossa communiter recepta verb. Praesentes: ubi sic expresse habet: Quid enim prodest praesentia in loco, ex quo divinis non adsumt, propter quae sunt beneficia constituta?

Item ex dictis textibus manifeste patet, quod Beneficiatus debet per se ipsum personaliter praestare ecclesiasticum ministerium in loco beneficii, & in divinis officiis ipsis ecclesiae deseruire. Ecclesiasticis enim beneficiis requiruntibus residentiam, locum non habet Regula 68. Juris in 6. Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum, (Ad rem vid. lit. R. pag. 6. n. 43.) quia haec Regula patitur exceptionem, quoties electa industria, & fides personae, cui aliquod committitur, ut patet in cap. Quoniam 43. §. Is autem, de Officio Judicis Delegati, & cap. Is, cui 12. eod. in 6. Sic autem in beneficiis ecclesiasticis censetur electa industria, & fides personae ad per se ipsam personaliter residendum, & ecclesiae in divinis officiis deseruiendum; cap. Quia nonnulli 3. cap. Relatum 4. cap. Conquerente 6. de Clericis non resid. & cap. univ. eod. in 6. cum similibus. (Lit. D. pag. 45. n. 42.)

Residentia est duplex, una vera, & altera ficta. Residentia vera est illa, qua Beneficiarius vere, ac realiter praesens est in loco beneficii, hujusque onera, seu officia per semetipsum personaliter exercet. Residentia ficta est illa, qua beneficiarius ex legitima causa

absens habetur ex quadam Juris fictione pro praesenti saltem ad lucrandos fructus grossos; cap. De cetero 7. & cap. Ad audientiam 15. de Clericis non residentibus, ubi duo Canonici absentes in servitio Episcopi hac Juris fictione habentur praesentes, seu residentes. Vel etiam ad lucrandas distributiones quotidianas; cap. Consuetudinem univ. de Cler. non resid. in 6. ubi Canonici infirmitate, seu justa, ac rationabili corporali necessitate, aut evidenti Ecclesiae utilitate impediti, licet absentes, habentur hac Juris fictione praesentes, seu residentes; Concilio Tridentin. sess. 24. de reform. cap. 8. ubi statuit, quod Canonicus Poenitentarius pro praesente in choro censetur, dum audit Confessiones in ecclesia: Qui dum Confessiones in ecclesia audit, inter praesentes in choro censetur. Et sic etiam Juris fictione censetur residere in suis parochialibus Parochi illi, qui ex legitima causa absentes deseruiunt suis parochis per idoneos Vicarios; cap. Extirpanda 30. §. Qui vero, de Praebend. Barbosa 1. 3. Decretal. tit. 4. n. 9. Pirhing, ibid. n. 2. Reiffenstuel ib. num. 7. & alii passim.

Spectato Jure communi, omnia beneficia requirunt residentiam; Abbas in cit. cap. Extirpanda 30. §. Qui vero num. 30. asserens, quod beneficium quantumcumque minimum de Jure communi requirit residentiam; Fagnan. in cap. Cum omnes 6. de Constit. num. 14. Reiffenstuel loc. cit. num. 8. & alii communiter per text. in cap. Ex parte 8. cap. Inter quatuor 10. de Clericis non resident. cap. Ad haec 13. de Praebend. ibi: Cum singula officia in ecclesiis arduitate exigant personarum, & concordant cap. Ex gestis 2. cap. Clericos 17. de Clericis non resid. cap. Super inordinata 35. de Praebend. cum similibus. Et quoad beneficia simplicia, id ipsum desumitur ex cap. Eleutherius 11. cap. Clericus 4. & cap. Clerici vero 5. dist. 91. cap. Si quis in Clericis vero 5. dist. 91. cap. Si quis in Clerico 29. caus. 17. quest. 1. & cap. Conquerente 6. de Clericis non residentibus, in cujus summiario sic expresse habetur: Qui non residet in beneficio, etiam modice assimilationis illo privatur.

Dicitur autem notanter spectato Jure communi, 6 quia ex generali consuetudine totius ecclesiae beneficia simplicia residentiam-personalem non requirunt; Unde sic Beneficiati possunt per alios eisdem deseruire, nisi fundatores clare, & expresse oppositum statuerint; Abbas in cap. Cum omnes 6. de Constitutionibus num. 13. Fagnan. ibid. num. 4. & seq. citans Rotam apud Cardin. Seraphin. decis. 639. num. 5. & alios Felinus in cap. Dilectus 29. de Rescriptis num. 1. Vallensis lib. 3. Decretal. tit. 4. num. 3. & 4. Reiffenstuel ib. num. 9. Garcias de beneficiis part. 3. cap. 2. num. 3. & 11. ad sequent. Zerola part. 1. praxis episcop. vers. Beneficium §. Ad septimum vers. Octava conclusio; allegans declarationem Sacrae Congregationis in hac verba: "Obtinens beneficium, quod sit simplex, & sine cura animarum, & extra ecclesiam collegiatam, nec personalem residentiam ob aliam causam requirens, non tenetur in eo residere, sed ad inserviendum illi per vultum, qui probatus sit ab Ordinario;" ubi notanda est illa clausula: Nec personalem residentiam ob aliam causam requirens, quae clare demonstrat, quod licet, spectato Jure communi, seu potius generali consuetudine, beneficia simplicia residentiam personalem non requirant; si tamen fundatores expresse obligaverint sic beneficiatos ad residentiam personalem, vel talis obligatio legitime inducta esset ex statuto, vel consuetudine alicujus particularis ecclesiae, sine ullo dubio tenerentur tales Beneficiati personaliter residere, & per semetipsum inuncta ecclesiastica servitia praestare, prout, teste Garcia de beneficiis part. 3. cap. 2. num. 11. & 12. pluries resolvit Rota, & signanter in una Calaguritana Beneficii de Natarrete 10. Junii 1588. coram D. Pamphilio, & in una Casaragustana Fructuum 4. Junii 1600. coram D. Corduba.

Episcopi, & Parochi tenentur ad residentiam personalem, non solum de Jure ecclesiastico, seu canonico, sed etiam de jure divino, & naturali. Colligi-



tur aperte ex Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 1.* quod tamen noluit explicite definire tanquam dogma Fidei; Vide *verb. Episcopus art. 3. num. 1. & 2. & verb. Parochus art. 5. a. num. 1. ad 4.* ubi asserunt ad id Jura, & Doctores. Quoad residentiam vero Episcoporum attendenda nunc est novissima constitutio Benedicti XIV. felix recordationis, quae incipit. Ad universae christianae reipublice assignat absentiae causas, & summe providus Pontifex assignat absentiae causas, & tempora a Concil. Trident. permissa, & innovat. Item poenas in contravenientes, addita poena privationis Indultorum competentium Assistentibus solio pontificio. Congregationem super residentia, ejusque sessiones in usum reducit. Singulis absentiae causis opportuna rescripta comparat. An, & quatenus permitendum Episcopis, ut a diocesi absint contrafacta? Quid ratione infirmitatis extra diocesim contrafacta? Quid ad convalescendum ex morbo in diocesi celebrandis Conciliis in Assemblies & Dietis? Quid pro construendis processibus Apostolicis in causis Canonizationum? assignat. Praescriptum de promissorum observantia, & de onere denuntiandi non residentes, imponit. Specialem ad id commissionem Nuntio Apostolico Neapoli commoranti injungit. Ac tandem etiam S. R. E. Cardinales praemissis legibus comprehensos expresse declarat.

Beneficia non curata, ut sunt Canoniciatus, & hujusmodi obtinentes tenentur ad residentiam solo Jusdivino, seu canonico, atque ex primae fundatorum dispositione per Sacros canones approbata; Fagnan. in cap. Extrapar. 30. §. Qui vero, de Praebenda. num. 28. Pirhing. lib. 3. Decretal. tit. 4. num. 16. Reiffenstuel *ibid.* num. 14. Vallensis *lib. num. 2.* Zoelsius *lib. 2. & alii* communiter. Beneficia enim non curata sunt solummodo ab Ecclesia instituta propter cultum divinum, & non propter curam animarum; Unde in his non urget ratio, quae urget in beneficiis curatis.

Quo autem ad ea, quae concernunt Canoniorum residentiam, & quibus poenis subjaceant non residentes? Vide *verb. Canonici, art. 5. per totum.*

Quoad ea, quae concernunt Episcoporum residentiam, & quibus poenis subjaceant non residentes? Vide *verb. Episcopus, art. 3. a. num. 1. ad num. 39.*

Quoad ea, quae concernunt Parochorum residentiam, & quibus poenis subjaceant non residentes? Vide *verb. Parochus, art. 2. a. num. 1. ad 56.*

Obtinentes beneficia simplicia residentiam personalem requirentia, vel ex expressa fundatorum dispositione, vel ex dotatione, vel ex statuto, aut legitima consuetudine alicujus particularis ecclesiae, tenentur per se ipsos injuncta sibi ecclesiastica servitia, & onera fideliter praestare, & personaliter residere; Et si contumaciter id non praestent, cum de ipsis Concil. Trid. aliquid speciale non constituerit, procedendum est contra ipsos conformiter ad dispositionem Juris communis, in cap. Conquerente 6. cap. Ex parte vestra 8. cap. Inter quatuor 10. & cap. Clericos 17. de Clericis non residentibus.

Episcopi residere tenentur in suis diocesium, a quibus non licet ipsis quotannis abesse tribus mensibus sine justa causa; Sic novissime statutum Benedicti XIV. constit. incipit. Ubi primum:

Residentia in diocesi Episcopis episcopi commendat. Benedicti XIV. tom. 1. const. 2. incipit. Ubi primum, §. 4. constituit. 140. incipit. Gravissimum, §. 18.

Residentia in propriis diocesium inculcat Episcopis Hiberniae; Idem constit. 26. incipit. Grave, & per molestum: Residentia, non mere materialis, sine vigilantia, ac Pastoralis sollicitudine regendi, & pascendi suas oves, commendatur Episcopis; sed residentia vere formalis verbum Dei voce, & exemplo disseminando, ad semita iustitiae deficiente revocando, periculatibus operem, & auxilium deferendo, adversus inpos rapaces, qui in vestimentis ovium saepe intrant ovilem, ut rapiant, & macent, sedulo invigilando, fonterque se opponendo. Nec sufficit praedicta, aliaque munia pastoralia per Vacarios, & subditos praes-

tare, ut tradit zelatissimus Pontifex *ibid.* recte advertens, & serio monens, quod univocum Episcoporum singulatim ab Oraculo divino districte denuntiat: *Attendite vobis, & universis gregi, in quo vos Spiritus Sanctus possit regere ecclesiam Dei, quam acquisivisti sanguine tuo.* Ipsi igitur Episcopis, non alteri pascendi oves praecipuum datum est. Ipsismet spiritualis animarum salutem inquit, & ipsi illam susceperunt, de ipsis strictissimam rationem reddituri, cum aliquando sanguinem illarum de manibus suis requiritur districtus Judex. Haec, & multa alia scitu, & observatu dignissima summe vigilans zelatissimus Pontifex, *ibid.*

Super dicta Episcoporum residentiam invigilare jubentur Nuntii Apostolici, & singuli Episcopi; Idem tom. 2. const. 18. incipit. Ad universam in qua iterum praecipit Episcopis dictam residentiam, ac Congregationem peculiarem super residentia Episcoporum jam ab Urbano VIII. in Urbe institutam, restaurat, eique certam agendi methodum ad id praescribit, & ad praevendos abusus assignat quod praecipitur Episcopis postulantiibus licentiam abessendi a propriis ecclesiasticis insalubritatis aeris, & quid postulantiibus dictam licentiam alii de causis, & qua forma, ac quibus conditionibus concedi eis debeat, mandans, quod Episcopi residentes nuntiare teneantur alios Episcopos non residentes.

Vide *add. omnia ad fin. tom. pag. 493.*

Residere debent Parochi, alique animarum pastores inter suas oves; Sed num residentia sint obstricti jure naturali, ac divino, an ecclesiastico, adhuc controversatur; Benedicti XIV. de *reformat. diocesan. lib. 7. cap. 1. num. 2.* Quod neque a Concilio Tridentino definitum est; Idem *ibid.* num. 3. Licet post illud communior sententia sit, eos teneri jure naturali, ac divino, idem *ibid.* num. 6. Residentia non satisfaciunt, qui corpore praesens, animo absens, ovium curam negligunt. Bene vero censetur residentia praecipuum adimplere, qui etsi ad suis ovibus corpus aliquando subducatur, animo tamen isdem adest, & finem obtinet illas pascendi, & agendi, ad quem localis pastoris residentia dirigitur; Idem *ibid.* num. 4. \*

Notabilis est divisio residentiae in praecisam, & causativam. Illa adimpleri nequit per alium, obligatque sub poena amissionis beneficii: haec vero potest per alium adimpleri, solumque sub poena amissionis fructuum obligat; Rigan. in *commentar. ad Regul. Cancellar. Regul. 2. §. 8. num. 12.* Rot. in *Monasteriens. Parochialis 16. Februar. 1748. §. 5. cor. Illustriss. Mignuzzi.*

Residentia praecisa non debet necessario esse continua, sed potest esse & discontinua. Dummodo enim non residentia poena amissionis beneficii sit imposita, residentia dicenda est praecisa, si sit continua, sive sit discontinua; Leuren. in *for. benefic. part. 1. sect. 3. cap. 1. quest. 364. per totum.* Gazz. de *benefic. part. 11. cap. 5. num. 90.* Loter. de *re benefic. lib. 3. cap. 27. num. 3.* optime Rot. in *dict. Monasteriens. Parochialis 16. Februar. 1748. §. 5. & seq. cor. Illustriss. Mignuzzi.*

Ex quibus dignosci possit, utrum beneficio imposita sit residentia praecisa, an residentia causativa, recite tradit Rigan. in *commentar. ad Regul. Cancellar. dict. Regul. 1. §. 8. a. num. 16. ad plur. seq. ubi illud notabile, quod poena amissionis fructuum a fundatore expressa in dubio tantum inducit residentiam causativam, non item si aliunde constet voluisse cum residentia praecise beneficium subjicere. Confer etiam Rotam in *Vicent. Beneficium 5. Julii 1771. §. 11. & plur. seq. cor. Reverendiss. Cortada.**

Impetratio beneficii, quod sit obnoxium oneri residentiae causativae, valida est, vel si nihil dictum sit de residentia, vel si negatum sit habere ipsum onus residentiae; Rota in *Fagnan. Beneficium 29. April. 1735. §. 8. cor. bon. mem. Peralt. in Caesar augustana Beneficium 28. Junii 1745. §. 7. cor. Reverendiss. Molino, & in dict. Vicent. Beneficium 5. Julii 1771. §. 12. cor. Reverendiss. Cortada.*

Insigne est discrimen, quod intercedit residentiam praecise a Jure impositam inter, & residentiam praec-

cisam praescriptam ab homine. In illa contra non residentes procedendum est modo ab ipso jure praescripto. In hac vero servandus haud est modus ille, sed qui per aliquod tempus non resederunt, privati beneficii possunt: Hericour *oper. posthum. tom. 1. consulti. 33. fere per totum.* & signanter §. A. P. egrada.

## RESIGNATIO, SEU RENUNTIATIO BENEFICIORUM, & PERMUTATIO EORUM.

### SUMMARIUM.

1. Quid sit resignatio, seu beneficii renuntiatio: quod discrimen, & intercessionem: quotuplex: quibus modis potest quis beneficio renuntiare, & quando non: Curiae Romanae observantia dum resignationes sunt, ad num. 28.
2. Justae causae, ob quas faciendi resignatio: revocari non possit, in cuius manibus debet fieri: facta in tertio favorem cum clausula: Non aliter: quos effectus sortiantur: de quibus resignationibus, & a quibus admittio intendenda, ad num. 56.
3. Permutatio beneficiorum quid & justa permutandi causa: quorum auctoritate debet fieri: quae sint juris patronatus: coram Ordinario nequeunt sine patrono permutari: quae requiruntur ad validitatem resignationum, & permutatum, ad num. 112.
4. Substantivum Auctoris supplementa, & nova additiones ex aliena manu, ad num. 131.

RESIGNATIO, seu renuntiatio beneficii est spontanea beneficii ecclesiastici dimissio facta coram legitimo Superiore eam acceptante; Est in re communis. Verba resignatio, renuntiatio, & cessio inter se confunduntur, & unum pro alio passim sumuntur, ut notat Flaminius Parisius de *resignat. benefic. lib. 1. quest. 1. num. 70.* Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 9. num. 1. Barbosa *Juris ecclesiastici. univers. lib. 3. cap. 13. num. 3.* & alii communiter per text. in cap. Super hoc §. 5. cap. Quod in dubiis 7. cap. Nisi cum pridem 10. §. 1. de Renuntiatione, cap. Ex literis 10. de excessib. Prelator. cap. Susceptum 6. de rescriptis in 6. & cap. 1. de renuntiatione in 6.

Resignatio beneficii, alia est tacita, & alia expressa; Communis. Resignatio tacita est illa, quae absque nullo verbo, vel scriptura fit facto aliquo resignationem significante, vel ex dispositione Juris esse importante. Qui enim facit aliquid, quo positio, ex ipsius Juris dispositione beneficium amittitur, seu retineri nequit, eidem tacite, seu ipso facto renuntiare censetur, quavis nec verbo, nec scriptura id exprimat. Sic Rebuffus in *praxi benefic. tit. de tacita renuntiatione num. 2.* Parisius de *resignatione benefic. lib. 1. quest. 1. num. 9. & seq.* Tholosan. in *Institu. rei benefic. cap. 28. num. 4.* Azorius part. 2. *Institu. moral. lib. 7. cap. 19. quest. 2.* Pirhing. lib. 1. Decretal. tit. 9. num. 2. Reiffenstuel *ibid.* num. 8. & seq. & alii passim.

Hujus tacite resignationis varia a supra citatis Doctores afferunt exempla. I. Tacite renuntiare censetur priori beneficio qui aliud recipit cum illo incompatible; cap. De multa 28. de Praebenda. & Extravagan. Execrabilis, eodem inter communes. II. Tacite renuntiare censetur beneficio Clericus in Minoribus constitutus matrimonium contrahens, cum beneficium ecclesiasticum statim ipso Jure vacet; cap. 1. & 3. de Cleric. conjugat. III. Tacite renuntiare censetur beneficio Clericus Religionem solemniter proficiens, cap. Beneficium 4. de Regularibus in 6. IV. Tacite renuntiare censetur beneficio Clericus, qui fit miles, vel Jocator, quia talis censetur beneficium suum habere pro delictum, juxta Glossam in cap. ultimo verb. Redierint, de Cleric. non resident.

Tacite autem resignatio adhuc magis proprie intervenire censetur, quando Jura non inducunt vacationem beneficii, sed solum ex facto Beneficiarii apto, & Ferrar. *Biblioth. Tom. VIII.*

ordinato ad renuntiandum praesumunt hujus voluntatem illud dimittere. Sic Barbosa *Juris ecclesiastici. univers. lib. 3. num. 40. & sequentibus.* cum aliis ibi citatis, ubi assignat differentiam inter hanc tacitam resignationem, & aliam supra dictam, quae potius est privato, quam tacite resignatio. Et talis tacite resignationis adducto duo exempla: Primum quod habetur in cap. Ex transmissa 3. de renuntiatione, ubi Clericus reprobens bona, quae ecclesiae suae contulerat, ex tali repetitione censetur praedictam ecclesiam voluisse dimittere, quam proinde repetere non potest. Secundum exemplum in cap. Ex ore 3. de his, quae sunt a majori parte Cap. ubi litigans super quadam Praepositura, ex eo quod colligatori suo reverentiam alias Praeposito debitam exhibuerit, Juri suo renuntiasse dicitur, quia utroque casu ex parte Beneficiarii intervenit factum aptum, & ordinatum ad renuntiandum, ex quo lex, seu Jus talem praesumptionem elicitur potuit, & ideo, si non intervenisset, cessabat omnis resignationis praesumptio. Sic etiam Pirhing. *loc. cit. num. 3.* Reiffenst. *loc. cit. num. 10.* & alii.

Resignatio expressa beneficii est illa, quae fit expressis verbis, aut scriptis voluntatem resignandi aperte declarantibus coram legitimo Superiore eam acceptante. Communis.

Resignatio expressa est duplex, una pura, & simplex, & absoluta, & alia conditionalis. Communis. Resignatio pura est illa, quae fit sine ulla conditione, modo, aut pacto, ut quando quis pure, absolute, & simpliciter dimittit beneficium in manibus legitimi Superioris, ita ut si possit illud tanquam vacans conferre, cui voluerit; cap. Ex transmissa 3. de renuntiatione, cap. Sollicite 2. & cap. Accepta 3. de restitutione spoliator. Resignatio conditionalis est illa, quae fit sub certa conditione, pacto, vel modo: Communis.

Resignatio conditionalis fieri solet quinque modis. I. Cum quis resignat beneficium sub hac conditione, ut conferatur certae determinatae personae, & non aliter. Et haec dicitur resignatio in favorem tertii. II. Cum quis resignat quidem beneficium ad alterum transferendum, sed sub conditione, seu reservatione, quod fructus ex toto, vel ex parte sibi quotannis solvantur; Et haec dicitur resignatio sub pensione. III. Cum quis resignat beneficium sub conditione, & reservatione regressus, ut si Resignatarius praemoriatur, possit ipse Resignans ad beneficium redire. Et haec dicitur resignatio cum regressu. IV. Cum quis resignat beneficium sub conditione, & reservatione ingressus, seu accessus, ut si beneficium conferatur puero, qui antea captam possessionem illud cedat alteri sub pacto, ut post absoluta studia propria auctoritate ipsum recipere possit; Et haec dicitur Resignatio cum ingressu, vel accessu. V. Cum quis beneficium resignat sub conditione, ut alterius beneficium simile, vel dissimile sibi conferatur; tunc enim unus beneficium suum cum alterius beneficio commutat, & utroque suo se abdicat, ut alterius beneficium acquirat. Et haec dicitur resignatio cum permutazione.

Quilibet Clericus Beneficiarius potest, regulariter loquendo, ex justa causa renuntiare beneficia sibi quae sita in manibus legitimi Superioris. Communis, per textum in cap. Admonet 4. cap. Nisi cum pridem 10. de Renuntiatione, cap. Quoniam 1. eodem in 6. cum similibus.

Et hoc procedit non solum in Beneficiariis privatis, & Clericis inferioribus, sed etiam in majoribus, & maximis, ut Episcopis, & Cardinalibus, & Summo Pontifice, cum etiam hic possit libere Papatui renuntiare, ut expresse statutum habetur in cap. Quoniam 1. de renuntiatione in 6. ibi: "Omnium concordio consilio, & assensu, auctoritate apostolica statuit, & decrevit, Romanum Pontificem posse libere resignare;" ut de facto libere resignavit S. Coelestinus Papa V. cujus renuntiationis, seu resignationis formulam tradit Carillus in suis *Annalib. Chronol. lib. 4. anno 1294. fol. 373.* Et ex ipso Barbosa *lib. 1. Juris ecclesiastici. univers. cap.*